Cracoviensis Stud. Univ. Jagell.
Promotiones Philos. Ordinis
1642 9 Octobr. 6.

Papuziński Joan. Casi. Stephanoma

quod Alma Mater Academia Palladi-

anis VIII Pancratiastis — obtulit.

STEPHANOMA
QVOD
ALMA MATER
ACADEMIA
Palladianis VIII. Pancraciastis.
DVM
In Almo Lycæo Cracouiensi.
AB
EXCELLENTISSIMO
D. NICOLAO SVLIKOWSKI
Collega Minore Ordinario Eloqu. Professore,
PRIMIS
In Artibus & Philosophia Laureis.
DECORARENTVR
PER
IOANNEM CASIMIRVM PAPVZINSKI,
Eiusdem Laureæ Candidatum,
In Parnasso Academico.
OBTVLIT
Commutatione Æstiuâ
Anno 1642. Mens Octob. Die 9.

CRAC. Typis in Offinâ Valeriani Piatkowski.

In Insigne Illustrissimæ Gentis,

KALINOWSCIÆ.



QVis te, dic rupit mediam pennata sagitta,
Vir nulli similis, viribus, ense, manu,
Sursum cur tendis, superos vis pellere Cælo,
Non, sed eis deditos explico corde viros.
Robore præstantes demonstro rupta sarissa,
Quæ manui cesi non patiente manu.

Excellent. D. D. ſuis longe Fauentiſsimis
EXAMINATORIBVS.

SVrgite Theſpiades, viridis de monte Sorores
Parnaſsi ſacro, ſurgite dona date:
Surgite magnanimo properæ de more Camænæ,
Poſco ferte cito munera veſtra pede.
Surge, cituſq; tuas tecum chordas fer Apollo,
Surge: citus præſis nuncia læta canes:
Nuncia da gratæ mentis, da debita dona,
Et lætos gratâ concipe mente ſonos.
Linque ſparum, contos, arcus, catapulta, ſagittas,
Hæc etenim Geticus Mars ſua dona tenet.
Linquito Balliſtas ſæuas, ocreaſq; feroces,
Et Galeas, clypeos, martia caſtra fuge,
Lethiferas haſtas, criſtas, gladioſq; cruentos,
Falces & curuas, linquito, ſcuta fera,
Summito Palladios celer, & celebrato laboris
Sudores, docti quos retulêre viri:
Adſis; & eximie laturus præmia magnis
Magna viris, adſis; munera iuſta dabis,
Gratas mente refer, gratas de corde camænas,
Doctorum narrans carmine facta Virûm.
Conatus WIECZORKOWIVM fecere Decanum,
Et labor immenſus talia ſceptra dedit.

Enarra

Enarra laudes, celebrans ediſſere facta,
Virtutis meritum da decus, atq; ſonum.
Viuat Mnemoſyne factorum ſacra ſuperſtes,
Laudatrix eius, tempus in omne virens;
Carmine confingat Pietatis, roboris epos,
Fingat vt æternum præmia laudis eant;
Otius altiſonâ pandantur tympana voce,
Et celebrent ſummi martia facta viri,
Sarmaticis eius virtutes diſſere campis,
Aut potius toti nuncius adſis humo.
Nec minus excelsâ SPERONOWIC laude relin-(que
Indecorum, ſed ei promito iure tuo
Aeternas laudes, nunquam mortaleq; munus
Eius da meritis, roboribuſq; ſacris,
Hic cultæ Sophiæ duplici laude vireſcit,
Cum tenet eximii dona Sacerdotii,
Da dignum meritis epos, figasq; coloſsos
In ſummo montis, ſint ſacra dona iugo.
Conſtituas viridis Parnaſsi vertice læto,
Omnes Sauromatæ quæ celebrare velint.
Huicq; parem SVSKI referas de iure Camæna,
In cuius labris Muſa polita viret.
Sit meritum citius munus, ſint munera præſto
Virtutis dentur præmia digna ſuæ.

Affe-

Affectum pensent, quem nobis fecit apertum,
Dum fuit à nobis quæsitus almus honor;
Omnibus, omnimodas citius deferte Camænas,
Affectusq; pii præmia magna date.

LAVREA.

I. Vener. D. GASPARO CRYNC.

IActas quid Hector dicito? Lauream,
Quid Numma felix imperio potens
Iactas? Coronam Laureatam
Iacto; decus proprii laboris.
Hoc munus almum, quippe laboribus.
In signe nostris Mars retulit pius:
Istud labores pręmiorum
Expetiêre decus suorum.
Non nos Enyo perculit, aut furor,
Martis timorem vicimus anxium,
Sęuæ Phalanges, nec dolores
Attulerunt animis acerbos.
Sed quare poscis? cur studiosius
Scrutaris omen huius Adorę,

Quid

Quid ſpectat ? enarra ſeren o
Carmine, dicq; modum celebrem.
Si quęris ? almum conſpice Gaſparum
CRYNC CRYNC Mineruę, & Palladis incly
Almę Sodalem, ſufferentem (tum
Magnanimos ſtudii labores.
Specta labores ? Martia ſpicula;
Si tela quęris ? cerne minacia,
Queis ſtrauit ingentem in Lycęo
Deſidiam ingenii Tyrannum.
Iam lętus ergo, lętus adoream
CRYNC CRYNC meorum prime ſodalium
Iſtam capeſſe, in munus almum
Roboris, atq; pii laboris.
Non dextra ſculpet Mentoris aptius
Perdocta donum, Zeuxis aut labor,
Thalia quam quę comparauit
Serta ſuis manibus decora.
Non do columnas, pręmia roborum,
Non do coloſsos, ſigna celebria
Virtutis, iſtos cum ruina
Horrida ſępe manet futura.

Magnę columnis insidię imminent,
Vulcanus illis: fabricat exitum.
Et dente corrodit vetusto
Omnia tempus edax, fugaxq;.
Sed Lauream do, lętus adoream,
Dignum laboris magnanimi decus,
Hanc ergo iucundâ prehende
Mente, animoq; celebriori.

OBSIDIONALIS.

II. V. D. ANDREÆ SPROCHOWSKI.

CLarę Thespiades surgite, surgite,
Nostro SPROCHOVIO munera reddite
Sudoris, celebrem reddite gloriam et
Munus ferte laboribus.
Parnassi citius linguite Verticem,
Oras Sarmatię visere pergite,
Eius roboribus munera promite,
Dantes serta virentia.
Summat digna suis dona laboribus,
Felix SPROCHOVIUS; percipiat decus
Sudoris, citius sumat adoream,
Virtutis celebrem suę.

Non parcit propriis quippé laboribus,
Addens in studiis munia virium,
Arces Palladias obsidet, vndique
Cinctas asperitatibus.
Non illum studii pondus, et aspera
Sudorum reuocat vel grauitas, seu
Męrorum rabies, non remouet piam
Mentem, à Palladis artibus.
Non vllas galeas, scuta, vel ocreas,
Non enses, gladios, non clypeos, aut
Ictus extimuit, nec rigidas minas.
Arces vicit amęnius.
Cepit magnanimę pegmata Palladis,
Dum sudore suo, Pegasides adit,
Ac sacris animos imbuit artibus,
Musęum Cracium incolens.
Nunc primo Sophię męnia subiugat,
Quę natura negat lumine pectoris
Discens, promeruit serta virentia,
Hęc ergo retinere auet.
Munus, quare pium ferte loboribus.
Eius, Pegasides, dona reponite
Virtuti, teneant facta decus suum,
Et laudes habeat labor.
Viuat temporibus perpetuis honos,
Sudores

Sudores celebret Mnemoſyne ſacra,
Pulſent Aonides ſiſtra ſonantia,
Fundant dulce melos Lyrę.

CIVICA.

Ill.V.D. ALBERTO POPIOŁKOWICZ.

SVme Coronam protinus inclytam
Vir magne, qualem Pegaſidum labor,
Molesq; depoſcit tenere,
In ſtudiis labor, atq; feruor.
Ornare poſcit Ciuica verticem,
En vitis audax: hęc capitis tui,
Eſt tegmen à docta Thalia,
Floribus ex variis paratum.
Seruas ſodalem, quę ratio Tuum?
Ciuis retorques vertice ſpicula,
Nec non reducis de periclis,
Roboris eximii labore:
Seruas ſodalem. Cum ſtudii tui
Ductu, labores prendere conſulis,
Ne fortè, caſtris in Mineruę,
Otia pigra nimis ſequatur.

Sed quo retorques ſpicula robore?
Mittit, voluptas, noxia flamina,
Recte Polymnię ne labores,
In ſtudiis fieriq; poſsint.
Tu: mente magnâ, cuncta repellere,
Pugnis laborum, & cędere pręcipis;
In paſsibus rectis, voluptam
Ire iubens Erebi: ſubantrum:
Iam lętus, ergo, ſuſcipè Ciuicam,
Felix, & audax, laudis adoream:
Sudoris excelſi referti
Munera quâ valeas ſacrata,
Intrare, lętus męnia Palladis,
Inſignis almo munere Ciuici
Serti, ſubintrans ac honores,
Omen habe celebris triumphi,
C iuilis audet ſoluere roboris
Inſigne, munus, Ciuica debitam
D eferre dotem vult, & altos
Redder e, promeritſoq; honores.
Credas? dat omnem Ciuica gloriam,
Alm os

Almos honores porrigit, & pium
Laus dat decus, pręsens Tuorum
Munera magna ferens laborum.

TRIVMPHALIS.

IV. V. D. NICOLAO GRZEBINSKI.

Gaudete Musę progenies Jouis,
Gaudete sacri montis, et incolę
Nouem sorores, et triumphos
Mente ciete sereniori.
Gaude, celebris Sarmatię domus,
Virtute Diuum facta celebrior,
Gaude Lycęum Sarmatarum,
Arte, Togaque, Sagoque, celsum.
Gaudete cuncti Palladis ęmuli,
Eius ciete gaudia filii,
Et vos Polymnię sodales,
Facta sonate celebriora.
Nostri Grzebinski dicite gloriam,
Efferte, lętis vocibus omen, et
Virtutis augustos labores
Dicite, corde, sonate voce.
Lętus prehendat munera Palladis.
Summat, Minerue debita pręmia,

Cum

Cum iure ſacrato, reſoluat
Munia, Theſpiadum rigoris.
Implet labores? en ducis optimi.
Et facta pręſtat regia, debite,
Felix opus cum regiorum
Exequitur ſtudiis laborum.
Maturitatem Pompey ſacram.
Et Fabiorum conſilium tenet,
Stagyriteas factiones
Jure bono celebris reſoluit.
Non Hector ingens, non ſacer Hercules,
Non fortis Aiax, Romulus aut pius,
Eius labores, robur, atque
Vincere rite celebre poßent.
Hanc quare lętus ſummito gloriam,
Felix Grzebinſki, munere gaudeas
Iſto, decorus, quod Minerua
Clara rependit, honoris ergo.

NAVALIS.

V. V. D. ANDREÆ GNATOWICZ.

ECquo mens properas? quo properas tua
Parnaſsi viridis mittere carmina?

Dic

Dic cui hanc properas texere Adoream.
Tetri funeris inſciam.
Inſigni cupio GNATOVIO Viro ?
Illuſtrem citius ponere gloriam ,
Eius cum ſtudiis congruat optimè,
Et curas bene denotet.
Aſt hanc cur referam, quęris adoream ?
Hęc quippe in ſtudiis non retinet locum
Vllum, quę ratio ? di ſſere quis modus ?
Hanc cur GNATOVIO feras.
Naualem refero, hęc illius optimè
Deſignat ſtudium, & denotat inclytum , in
Caſtris Theſpiadum, vis nimium potens,
Deportans meritum decus.
Naualis tribui debet adorea,
Hoſtis qui rabidi tranſiliit prior
In naues, celebri roboris impetu , &
Vincens prendit adoream.
Primus GNATOVIVS, nauium atrocia.
En virtute ſuâ claſsica ſubiugat ;
Naues tranſiliens, pręmia proprio
C Poſcit debita robori

Non illum rabidi vis Boreæ furens,
Flatus atq; furor terruit insolens;
Gratum non pelago Virginis haud melos
Mouit Palladis artibus.
Nauales igitur summat adoreas,
Et lætus referat, queis queat inclytos.
Sudores studii; roboris ac pii
Pensare Acroceraunia.
Vicit Symplegadas, monstra ferocia
Mærorum superans, vicit Hyampeum;
Dum summo studii rite cacumine
Oblatum decus obtinet.

MVRALIS.

V. I. V. D. BARTHOLOMÆO KANSKI.

RIsum Coronis fecit hilarius
Muralis: altos conspicit vt tuos
Sudoris excelsi labores.
Chara propago parentis almi.
Muralis inquam fida sodalium
Preses suorum, munus et optimum,
Quod non perituros honores
Roboris eximii rependit.

Hanc ergo prendas hanc cape gloriam,
Istud laborum suscipe premium,
Quo rite post pensare possis
Thespiadum studii rigorem.
Felix subintras menia Palladis:
Dum robur almum fundis ad ardua,
Nauando sudorem Mineruę
Munia quęque laboriosa.
Non te labores non fera tędia,
Non trux et horror, non timor anxius,
Deterret à sumpto labore.
Aonidum in stadiis amęnis.
Aeterna virtus tempora suscipit
Non terminatum credito pręmium.
Adferret, excelsosque honores
Sarmatici tribuet Lycęi.
I, tende lętus, lętus ad arduos
Addas labores, robur et impetum
Vt poßis excelsam Sophorum,
Post *retinere pius Coronam.*
Muralis omnem credito gloriam
Adferret, almos atque gradus dabit.
Sudoribus multis honorum
Promeritos ratione iustâ.

VII. V. D. MARTINO GRYZNIEWIC.

Dicam quid valeat labor
In cultis ſtadiis Palladis inclytæ.
Et quantum Clarii queant.
Sudores ſtudii, tum rigor artium,
Non vſquam Aegida ſumito,
Non Martis gladios, ſeu fera ſpicula,
Si decorus Apollinis,
Vllo ſis Delii munere Cynthiæ.
Non vllus rabidus furor,
Vſquam te ſuperat, non labor infidus.
Debellare potens erit,
Deuotos animos tædio Aonidum
Seu ſurgat ſtygii Lacus.
Monſtrum Thyſiphone temnito Gorgonas
Quamuis corruat illius,
In corpus miſerum ſors inimicior,
Cædent omnia credito,
Nec vllo premeris ludibrii impetu.

Seu ſurgant mala caſuum,
Prudentes ſuperant omnia Palladii.
Sic GRYZNIEWIVS inclytus,
Non vſquam timuit triſtitiæ impetum,
Sed magnis animis onus
Excelſum ſuperat, vincit & horridos
Sudores ſtudiis, quare
Caſtrenſem teneat lætus adoream
Quâ mæroris opus ſuum,
Compenſet merito, iureq; gloriam
Virtutis teneat ſuæ,
Et penſet ſtudii tædia proprii.

VALLARIS.

VIII. V. D. ANDREÆ TOMASCZYK.

Non valla vicit perfida robore,
Non eſt ſequutus Martis atrocia
Armenta TOMASCZYK, ad implet
Attamen, omne genus laborum
Vallum ſubintrat Palladis inclytæ,
Dum Craciales incoluit lares
Omnes Athenæi labores,
Iure bono ſuperauit acres.

Longe

Longè receßit mæror atrocior
Palladianis insidias struens,
Longe Phalanges, & voluptæ
Ceßit amor rabidusq́ feruor
Non terror anceps perculit artibus,
Mentem Sacratam, non timor anxius
Vsquam retardauit laborem,
Cessit amens timor, atq́ terror.
Inuisit altos, Palladis hortulos,
Decerpsit achinc dona virentia,
Cum rudiores primo Musas
Doctus, ad alta petit studendo.
Conscendit audax in iuga Pyndari,
Illustris, alme dum penetralia
Excelsa lustrauit Sophorum,
Flumina mente bonâ hauriendo
Incerta tempsit dona Cleopatræ
Tempsit voluptæ, munera noxiæ
Damnosa, sumptis ac Mineruæ
Ritè laboribus hic inhiabat
Non vlla moles Acroceraunÿ
Palladiani, terruit illius,
Mentem, nec vllorum laborum
Symplegades reuocare quibant.
Quapropter istam summat adoream
Isto laborum munere gaudeat.
Hoc munus, augustam coronam
Eximii teneat laboris.

IN STEM-

IN STEMMA.

ALMI LYCAEI CRACOVIENSIS.

Stemma celebre tenent Academica tecta Lycæi
Sceptrum quippe duplex quod diadema vide,



Quid ſibi vult facies, coniuncti dicite ſceptri,
Quaternum reddens; finis vtrinque modum.
Diſsidium dices, hæc magnum forſitan inter,
Aſt ſimul in medio: conſociata vides.
Hiſce mihi credas conſignificantur honores,
Gloria; laus, illis: quæ patet orbe potens,
Quid ſignant etenim quaternæ dicite partes,
Totum ni dicunt: orbis vtrinque metrum.

Sub
Felicibus Auſpiciis,
Magnifici & Adm. Reuerendi D.

D. IACOBI VSTIENSIS,

S. T. & I. V. D. Collegiatarum Eccleſiarum S. FLORIANI Clepardiæ; & S. GEORGII in arce Cuſtodis, Almæ Vniuerſitatis CRACOVIENSIS RECTORIS Vigilantiſsimi.

AD
LECTOREM

SI male contextas luſtras, Beneuole camænas
Has Lector, parces non mihi culpa manet.
Nam natura nihil cunctâ ratione beatum,
Efficit, hæc ergo ſit Tibi culpa metri.